

## 305.

*Markgraf Otto eignet der Egidienkapelle zu Meissen einen von Sifrid, dem Kapellan des Burggrafen Hermann, angebauten Weinberg mit Genehmigung des Kaisers Friedrich und unter Zustimmung der Burgmänner.* 1161.

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 67. Das sehr gut erhaltene S. des Markgrafen hinten aufgedrückt. 5 S. = Taf. I. 4.*

*Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 4,1.*

:In nomine sanctę et individue trinitatis.: Otto dei gratia Misinensium marchio. Sicut saluti principum vel | quorumlibet fidelium congruit dote seu qualibet possessione terminos ecclesiarum dilatare, ita | nimirum ipsorum tum saluti tum etiam honori convenit, 10 ea que contulerint ecclesiis manuscripto vel | qualibet legitima traditione sub attestatione fidelium in perpetuum confirmare. Quocirca notum esse volumus tam posteris quam presentibus, qualiter vineam a Sifrido fidelis nostri Herimanni prefecti capellano excultam pro remedio anime nostre parentumque nostrorum ex permissione domni imperatoris Friderici et consensu castellanorum nostrorum Rüdengeri, Mirzlai, Arnoldi, Ruzini capelle 15 sancti Egidii tradidimus eo videlicet iure, ut de predicta vinea cereis luminaribus in eadem capella deo noctu dieque ministretur, reliquum vero in usum sacerdotis aggregetur. Ut autem hec nostra traditio in perpetuum rata et inconvulsa permaneat, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri impressione corroboravimus, quatenus quicumque pacis inimicus contra hoc venire temptaverit, non solum pontificali sententia feriat, verum etiam princi- 20 pali manu ab iniuria ecclesie coerceatur. Huic autem actioni interfuerunt. Clerici. Dominus Misinensis episcopus Gerungus. Theodericus prepositus. Herbordus prepositus. Herimannus decanus. Anselmus custos. Albertus. Walterus. Iohannes. Laici nobiles. Herimannus prefectus. Heinricus prefectus de Donin. Pribizlaus advocatus. Sifridus de Mugelin. Gumbertus. Bronizlaus. Ministeriales. Ortolphus. Thiemo. Rubertus villicus. 25 Vlricus. Helmericus. Cunradus. Bertoldus. Helmericus. Heruo. Acta vero sunt hec anno ab incarnatione domini MCLXI, indictione nona, regnante glorioso Romanorum imperatore Friderico, presidente cathedre Misinensi Gerungo episcopo, sub Ottone marchione; feliciter amen.

(S.J.)

30

## 306.

*Landgraf Ludwig III. empfiehlt zwei seiner Söhne, die er zum Studium nach Paris zu schicken gedenkt, dem König Ludwig VII. von Frankreich.* [1161.]

*Gedr.: Freher, Rer. Germ. SS. 1,426. Winkelmann, Beschreibung der Fürstenth. Hessen 4,439.*

*Anm.: Ueber die Echtheit des Briefes ist vielfach gestritten worden, ohne daß jedoch seine Unechtheit erwiesen worden wäre. Vergl. Zeitschr. für Thür. Gesch. 5,77. Blondel, Geneal. Franciæ 2 S. 258 setzt den Brief in's Jahr 1161.* 35

Regi Francie Ludovicus dei gratia landgravius devotum servitium cum sincera dilectione. Quod hactenus nullam vestri notitiam habuimus, satis moleste ferimus, quod